



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber V. De rebus communibus, confusis, & propriis distinguendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

DE REBUS COMMVNIBVS, CON- FVSIS, ET PROPRIIS DISTINGVENDIS.

LIBER V.

De diuisione rerum priuatarum in communes, confusas, & proprias. Cap. 1.

- 1 Continatio libri, & de diuisione rerum, in communes, confusas, & proprias.
- 2 Communis duplex, pro diuiso & pro indiuiso, & quid utraque.
- 3 Propria res qua dicitur.
- 4 Confusae res qua.
- 5 Communes res pluribus de causis nobis cum aliis.

Res omnes rursus, quae liberae aut seruae sunt, aliam diuisionem exposcunt, ut earum qualitatem significantius explicemus, potissimum res quae sunt priuatorum hominum, proinde hoc libello tractandae sunt. In primis itaque priuatorum res seu singulorum, vel communes sunt, vel confusae finibus, vel separatae seu propriae. Communae sunt, quod duorum vel plurium est, idque vel pro indiuiso, vel pro diuiso, ut *l. magis puto, §. si de reb. eorum qui sub iur. & c. lib. 2. P. tit. 6. P. l. reite, 2. de verb. sign.* Pro indiuiso, quoad ad omnes ut vniuersos, non vt ad singulos, pertinet: qualia sunt, quae vniuersitatis dicuntur, vt theatra, stadia, & his similia, quae communia sunt ciuitatibus, quae singulorum non sunt, *l. in tantum, §. vniuersitatis, de re. diuis. lib. 1. P. tit. 8. l. 2. quod cuiusque vniuers. lib. 3. P. tit. 4. l. sed si hoc, §. qui manus mittitur, de in ius vocan.* Pro diuiso commune, quando in vna re communi quilibet partem suam nouit, *d. l. reite.* Et hoc commune magis accedit ad proprium, quam prius commune. Neque tamen commune aliquod eo modo, quo commune vocatur, proprium dici potest, *l. Quintus Mutius, n. de auro & argen. leg. a. lib. 34. P. tit. 2. hanc enim inter se pugnantia: sicut & Martianus suum, communi opponit, in l. tantum, §. religio sum, eod.* Nec meum proprie commune dicitur, nisi meum commune, hoc est, id quod ego in communi habeo, *l. ferui electione, §. §. 1. de condi. inst.* Et non quod socius in eodem communi habet, *l. felfo, de commun. rer. alien. C.* Sic recte paucis Caius de liberta communi mihi videtur resoluisse. *Si quis libertam, inquit, l. iud. 46. de ritu nuptia. lib. 23. P. tit. 2. communem dixerit, libertam eius esse negari non potest, licet alterius sit liberta.* Et si ius respicias, quod quis in re habet commune, proprie suum dicitur, facta ad illud relatione. Atque ideo illud legare, vendere cedere reue potest, siue res sit communis pro indiuiso, siue pro diuiso, *l. 3. §. 4. de commun. rerum alienat.* si corpus rei communis pro indiuiso inspicias, siue socii voluntate in re communi nihil licet agere, nisi ad quod res communis destinata est, *l. 2. de seruis. tit. generalis, l. Sabini, com. diuis. P. l. parietem, de ser. urb. ca. in re communi, ca. §. 7. §. c. quod omnes tangit, de reg. iur. in 6. vbi de his late tractatur.* Nam ad eum vltima, ad quem res parata est, vel re potest, inuito etiam socio, socius, *l. si des. commun. diuis. l. si socii, §. item Mele. pro soc. Potest que rescire rem, non quidem iure seruitutis inuito socio, d. l. parietem, de seruis.* sed iure societatis, si necessarium sit, *d. l. si socii, §. item respondit.* Propria res est, quae communis non est, proprium, *§. com. praed. lib. 8. P. tit. quae alterius, seu aliena non est, §. proprius, de hered. inst. ad Iustin.* quae solius est, siue vni soli coeuenit, *§. 1. de pot. pot. l. omnes populi, de inst. §. iur. idem qd suum, ca. 1. de foro compe. in Clem. tauum, meū separatim.* Con-
fusa res sunt, quae pertinent ad dominium, quae finibus iunctis indistinctis, *l. quaedam, de actio. vnde & finium regendorum iudiciu.* Communes res pluribus ex causis nobis esse possunt cum aliis, vel ratione hereditatis, vel ratione contractus, vel ex conuentione societatis. De societatis communiōne hic nihil dicemus, cum eius tractatio proprium receperit locum inter contractus. De aliis tantum pauca, ex quibus, veluti ex quasi contracta, actio proficitur, *§. item si inter aliquos, de obligat. qua ex qua. contr. nati. apud Iustin.* De diuisione seu solutione communis agemus quoque, in qua & de natura communione agere necessarium erit, prout tractatio obicit. Nec enim quisquam iniustus in societate communiōne ue retinendus est, *l. fin. com. diuis. in P. l. actione, §. item qui pro soci. in P. l. 1. amandis, C. eod. etiam si pacto conuenit fuerit, ne diuisio fiat, l. in hoc iudicium, 14 §. pen. eod. tit. P. ob fugiendas discordias. l. in re communi, 25. de seru. urb. praed. qua res communiōne extatere solet, l. cum pater, 79. §. aut eis-*

semis, de leg. 2. l. qui neg, in fin. de reb. eor. qui sub iur. P. Nec omnes coniungit ad societatem cōsensu, sed & aliquando res, & si duobus vna res legeretur, *l. heredes eius, 26. §. non tantum, fam. ercisc. §. item si inter. de obli. qua ex qua. contra. nati.*

De communium rerum diuisione, seu de communi diuidendo. Cap. 2.

Lib. 10. P. tit. 3.

- 1 Communi diuidendo iudicium quid.
- 2 Communi diuidendo iudicium in aliud nomen transit, ratione rei diuidendae in familia erciscunda & finium regendorum.
- 3 De affinitate trium iudiciorum, communi diuidendo, familia erciscunda, & finium regendorum: quod omnes sint de rebus communibus, duplicia iudicia bona fidei ad iudicationem admittunt, non excluditur a diuisione petenda per triginta annos, in vtriusq. actor iurat de calumnia.
- 4 Differentia iudicii communis diuidendo, & familia erciscunda.

Comuni diuidendo iudicium est, in quo tantum de diuisione rerum ipsarum agitur. Et si quid in his damni datum, factum ue est, siue quid eo nomine aut abest alicui sociorum, aut ad eum pertinet ex re communi, *Paul. l. 3. com. diu.* Oportet itaque res communes esse, aliter cessat, *l. 1. com. diu. in P. §. Proinde* ubi iudicium; res communis diuidenda est, ibi habet locum communi diuidendo iudicium, sed illud pro diuisione rerum transit aliquando in aliud nomen: ut si agatur de hereditate diuidenda, ibi dicitur alterius nominis ob quandam particularem aduenientem notatam, familiae erciscundae. Et si de confusione finium distinguenda, quae communem rem facit, propter confusionem, dicitur finium regendorum; ubique tamen generalis communi diuidendo iudicium substantia & modus later. Et proinde fere istis tribus iudiciis aequalis est substantia. Nam si consideres res, inuenies in vtriusque de rebus agi corporalibus, & de praestationibus faciendis, si consideres personas, inuenies tria ista duplicia esse iudicia, & quemlibet esse actorem, & reum posse, quod par causa omnium videatur, & magis enim videri actorem, qui ad iudicium provocasset, *l. 3. §. si eo. P. §. quaedam, de actio. l. 2. §. in familia, & l. inter coheredes, 45 §. qui familia, fam. ercisc. P. l. iudicium, 10. fin. regundo. P. l. actiones, 36 §. mixta, de act. in P. l. in tribus, 33. de iud. in P. vel si plures provocassent, quem fors tulisset iacta, *d. l. in tribus, & l. seq. sed si ambo, de iud. P.* vt infra in familiae erciscundae dicitur iudicio. Sunt & familiae erciscundae & communi diuidendo iudicia bona fidei, *l. actionum autem, de act. nam communi diuidendo huiusmodi dicitur, l. 4. §. hoc iudicium, com. diu. in P.* & familiae erciscundae, *l. non est ambiguum, 9. C. fam. ercisc.* Et possit etiam comprehendi sub communi diuidendo finium regendorum, nisi alienum quis dicat eam quaedam glossa, *Accur. in §. actionum autem, in verbo, com. diu. ap. Iust. de act. videri in ea ad iudicationem, quae fit in illa de aliena, per iudicem, l. 2. §. reg. in P.* quod tamen non probat, cum & ad iudicationem & eodem rationem fieri per hanc actionem sciam, *d. l. fin. reg.* & ideo nihil domino deperire, qui pecuniam condemnatione pro ad iudicationem accipiat. Et satis constat istas ad iudicationes fieri in communi diuidendo, & familiae erciscundae, aequa lance ac in finium regendorum. Ita enim vnico contextu tribus his iudiciis ad iudicationem permittitur potestati iudicis, *§. quaedam, vers. in tribus, de act. ap. Iust. §. si de off. iud. & tamen id non prohibet, quin communi diuidendo, & familiae erciscundae iudicia sint bona fidei. Commune etiam diuisoribus iudiciis, ne 30. annor. spatium quis a diuisione petitione excludatur, l. 3. in quib. caus. cess. long. temp. praescrip. lib. 7. C. tit. 34. vide l. 2. §. ad hoc, vers. nemo itaq. de anna. excep. li. 7. C. tit. 40. Item in singulis debent contententes ab initio de calumnia iurare, non calumniandi causa litem intendere, & non calumniae causa ad iudicationes ire, *Paul. in l. inter coheredes, 45 §. qui familia, fam. ercisc. li. 10. P. tit. 2. l. 2. §. 1. de iur. iur. an. prop. cal. dan.***

¶ Distinguitur tamen communi diuidendo a familiae erciscundae iudicio, quod per hoc sit corporaliū diuisio, quarum dominium habemus, non etiam hereditatis, *l. per hoc, 4. com. diuis. Respicit itaque res singulares tantum vt communes, nō vt alterius qualitatis, id est, hereditatis. Et ideo si res hereditatis sint, & tamē petatur diuidi, nō vt hereditatis petuntur, sed vt communes simpli-*

citer, *in l. si filia nupta, 20 § famil. ercis.* & recte quoque pro his hoc iudicio agitur, omnesque veniunt res in hoc iudicio, nisi si quid ex communi consensu exceptum est, *in iudicij, 13. com. diu. l. si ades, 12. eo.* Et ita nihil interest quoque, an ex societate an sine societate res communis sit, vtrumve quidam rem vnam emerint, vel ex legato illis contigerit: Nam in vtriusque casibus habet locum communis diuidendo iudicij, *l. 2. com. diu. in P.* Inspecimus enim hic tantum diuisionem & communionem: communionem autem & presentem, & quæ fuit: at esse desit, ad effectum videlicet recipiendi partem æstimationis, cum his, quæ bonæ fidei actiones sequantur, *l. in summa, 11. l. sed postquam, 9. eod.* Considerataque res hic diuiduas & indiuiduas, & personas contententium, & modum diuidendi.

De diuiduo & indiuiduo. Cap. 3.

- 1 *Indiuiduum & diuiduum quid.*
- 2 *Natura suarum corporales diuidue.*
Punctum natura indiuiduum.
- 3 *Atomus aliudve corpus sine natura indiuiduum.*
- 4 *Natura diuidua & re qua.*
- 5 *Res corporales indiuidue ratione compositi & forma substantialis qua.*
- 6 *Res corporalis indiuidua, ratione forma artificialis.*
- 7 *Indiuiduum rei quid est.*
- 8 *Indiuidua vel diuidua ex causa siue ciuilitate, vel ex lege qua præter naturam sunt dispositione, obligatione, & solutione.*
- 9 *Diuiduntur indiuidua intellectu, doctrina, & causa.*
- 10 *Diuidua & indiuidua obligatione qua.*
- 11 *Diuiduum solutione quid.*
- 12 *Indiuiduum solutione quid.*
- 13 *Indiuiduum diuiduum in pecunia æstimata.*
- 14 *Vestigialis ager ratione solutionis censu indiuiduus.*
- 15 *Iura seruitutium quomodo indiuidua.*
- 16 *Res corporales commodes diuidue diuiduntur paucis exceptis.*
- 17 *In iudicium communi diuidendo veniunt præstationes, quod agi debuit, vel actum est communi nomine impendia, rei deterioratio, arborum succisio, conuicta & alia.*
- 18 *Persona, que possit hoc iudicio agere.*
- 19 *Minor, maritus in re dotata, ecclesia, ad diuisionem prouocare non possunt: ab alio tamen ad eam vocari possunt.*
- 20 *Pendente communi diuidendo, res alienari nequit.*
- 21 *Modus diuidendi quis.*
- 22 *Emittionis cautio vicissim a partem accipientibus præstatur.*
- 23 *Diuisio vicem actionis obinet.*
- 24 *Actio communi diuidendo duplex, directa & utilis.*

DE diuiduis & indiuiduis videbis quædam singularia in familia erciscundæ iudicio. Nunc de his in vniuersum latius, quod & infinitis propemodum iuris ciuilibus locis adferet lucem. Itaque diuiduum dicitur, quod in partes discretas potest separari: indiuiduum, quod nequit pati sectionem. Verum diuidua vel indiuidua dicuntur vel re ipsa, vel natura sua, vel ex causa præter naturam.

¶ *Natura sua omnes res corporales diuidue sunt, vt fundus, homo, vestis, lapis, & similia, l. 1. §. quædam, de rer. diu. l. si quis duas, §. si quis parte, com. præd. l. quod in rerum, §. si quis post, de lega. hinc non excipio, vt aliqui punctum, quando quidem corporalis res non est, cum nec latitudinem, nec longitudinem habeat, nec profundum, nec comprehendat aliqua mixtionem. Neque corporalia mirum est diuidi, cum partibus elementaribus content, & omnia composita partes habere necesse est, & ideo in eas solui possunt, *l. nihil tam naturale, de reg. sur. c. 1. eo. apud Greg.* Sic animalia diuidi & disseccari possunt in similes & dissimiles partes: vt similes nerui, in partes & neruos: caro, in carnis partes, &c. dissimiles, vt manus in digitos, vel in partes carneas, &c. ¶ Et quod in corporibus indiuiduum natura dici posset, esset atomus, vel elementa ipsa quatuor prima, si vlla pura apud nos inueniretur, & illa proprie. Nam atomus si corpus est, & quandam habet elementarem compositionem: nam elementarum tantum corpus videtur, alia pura elementa nullo modo. Si ponamus quoque incorruptibilia ea, que in æthere continentur, & illa indiuidua necesse est sectione dicemus.*

¶ *Natura sua diuidua sunt, & re, que partis præstationem accipiunt, que in numero consistunt, & numero diuiduntur, vt promitto decem aureos, decem tritici modios, decem homines, illa pro parte recte natura diuidi possunt, l. 2. §. & harum, de verb. obl. Naturæ quoque & re diuidua dici potest, quod in partes similes*

natura diuiditur, vt dum fundus in fundos, locus in loca, *l. si in 2. locum, 60. de verb. sign. l. quod in rerum, §. si quis, §. l. plane, §. si de leg. 1. l. si quis, §. plane, com. præd. l. 1. & l. ad officij, C. com. diu. §. si familia, de offi. iud. doctus in domos diuiditur, *l. binas ades 35. de seru. urb. præd. l. si quis duas, §. si quis partem, com. præd. lignum in ligna, & sic de similibus, in quibus retinetur nomē substantiale, quod naturæ propriam significat. ¶ Et hoc modo natura considerata pro formali & substantiali quadam compositione, quæ certum quoddam indiuiduum determinat, res corporales quædam indiuiduæ dicuntur, non re quidem ipsa, quia, vt dixi, omnes diuidi possunt, sed ratione totius compositi: quod si diuidatur, tale amplius non dicitur, vel non saltem tale perfectum: veluti homo qui constat anima & corpore, vnus diuidi non potest in plures homines. Sic de aliis animalibus viuus, que commode sine nominis interitu diuidi nequeunt in partes, *in §. si familia, de offi. iud. ap. Iust. in. c. ad forte mibi gladium, de præsum. imo impossibile, quia res quæ vno spiritu continentur diuidi, tales non sunt, quales erant, *l. rerum mixtura, de v. sacap. ¶ Et quia in plerisque ars naturam imitatur, & quæ artificio hominis habet vnam certam formam, ex qua talia dicuntur, illa quoque non patiuntur sectionem artificio inspecto in partes, quia post diuisionem talia quæ sunt non erunt, vt in scripto, arca, nauis, & similibus apparet, quia forma dat esse rei, *l. Julianus, §. si quis rem, ad exhiben. ¶ Indiuiduum re ipsa est, quod incorporale est: item id, quod si diuidatur, desinit esse tale quod dicebatur, *l. de rerum diuis. §. 1. de reb. corp. & incorp. talia quæ neque tangi videri potest, vt iura, dominium, operæ, *l. heredes, §. an & ea, sum. ercis. un. seruitutis, l. seruitutis, 14. de seru. l. 2. §. & harum, l. stipulationis non diuiduntur, de verb. oblig. l. si de commissis, §. pen. de leg. 3. ¶ Ex causa præter naturam diuidua vel indiuidua dicuntur, quæ aliis ciuilitate, aliis ex lege indiuidua vel diuidua dicuntur, vel dispositione, vel obligatione, vel solutione, vel omnibus his modis simul. Diuiduum hoc modo dispositione est, quod in intellectu est diuiduum, & secundum eum modum lex eius partis commercium admittit, vt indiuiduum de cuius parte lex respicit commercium. ¶ Diuiduntur per se indiuidua intellectu, facilioris cognitionis & docendi gratia, vt hereditas indiuidua est per se res quæ ius est, quamuis hereditatis res diuiduæ, *l. de re diu. i.* At illa diuiditur iure ciuili in duodecim vncias, *l. seruuum meum, §. hereditas, de her. red. in f. §. hereditas, eo. tit. ap. Iust. in. ita diuerso respectu diuidua & indiuidua. Interdum etiam lex de toto permittit disponere, & ita ratione actus illius, res indiuidua de parte prohibitione facta hoc modo de feruitute generaliter in totum dispositio permittitur, vt ex toto constituantur pro parte eam constitui, & pro parte non constitui, fieri non potest, *l. via timoris, de seru. in P.* Et ita stipulationes earum rerum quæ diuisionem non recipiunt, indiuidua sunt, *l. 2. §. & harum, & d. l. stipulationis, non diuiduntur, de verb. oblig. licet & a pluribus illa sigillatim ex integro fieri non possunt, nec promissiones singulares valent, donec nouissima cessione firmetur, *l. per fundum, de seru. rust. præd. l. vnus ex sociis, de seru. rust. generali. ¶ Sic pro parte nec debet nec solui, nec peti potest opera, *l. libertus, 15. de oper. libert. lib. 32. tit. 1. & l. 3. eod. tit. Diuidua obligatione dicuntur, quoties lex diuidit obligationem inter plures, pro hereditaria puta portione, quod regulare est, *l. 1. C. si cer. pet. 2. & si de hered. act. l. ea que, C. famil. ercis. c.* Indiuiduum autem obligatione, quando eadem obligatio sequitur plures heredes in solidum, siue ea sit debitoris, siue creditoris, vt in seruitutibus operis, & iure patronatus: sicuti dum seruus plurium communiter acquirit, *l. seruus communis, 27. de stipulat. seru. lib. 45. P. tit. 3.* Idipsum in obligatione facti, quæ obligatione est indiuidua, vt & præstatione, & stipulationes non diuiduntur, & idem puto, quamuis ab initio factum pro parte promitti possit. ¶ Diuiduum solutione est, quoties facta partis solutione lex tribuit vim liberationis pro parte soluta, quod regulare est, §. 1. quibus mod. toll. oblig. l. si stipulatus sum, §. 1. de sol. ¶ Indiuiduum solutione, quando quis soluens partem, tamen pro parte non liberatur, vt in prædictis seruitutibus, operæ, & facti. Plura paucis explicat Vlpianus, *in l. in executione, §. cum suis §. de verb. oblig. de his dum ait: in executione obligationis, sciendum est quatuor causas esse, nam interdum est aliquid, quod a singulis heredibus diuisim consequi possumus: aliud quod totum peti necesse est, nec diuisim præstari potest: aliud, quod pro parte petitur, sed solui nisi totum non potest: aliud, quod solidum petendum est, licet in solutione admittat partem executionem. &c. et enim de singulis exempla profertur, & explicat, que videto. ¶ Præter causam naturalem etiam potest fieri diuisio, vt si res quæ sit indiuidua præstatione, æstimetur pecunia:************

vt nullu

vt mulas centum aureis, & pecunia diuidua erit. Quam rem in rebus que natura diuidua sunt, vt in vlti, iudex ad iudicabit eas vni, eadem, & pro parte foriorum ad iudicata, socios cauere iubebit, *Paul. in litem quamuis, 10. com. diuid.*

14 ¶ Vetiſſimalis ꝑ ager regionibus quidem per se diuiduus est, verum iudex abstinere debet ab huiusmodi diuisione: alioquin præstatio vetiſſimalis confunderetur. Quamuis enim præstatio vetiſſimalis diuidi possit, tamen quia vni facta est emphiteutis præstatio sine præiudicio diuidi non potest: cum solutio & exactio partium, non minima in eodem modo habeat, quare per attributionem recte fiat a iudice, vt vnus totum solus debeat, *l. 3. fam. erciscun. P.* Et si diuidatur, dominus directus non cogitur particulares illas portiones a singulis capere, sed contra vnum in solidum potest experiri, vt nec pacta foriorum vel coheredum nocere possint non minus, quam creditor, *l. pacto successorum, 2. de pact. lib. 2. C. ti. 3.*

15 ¶ Iura hereditatum cum fundis diuidi possunt, separatum non possunt: nisi aut mensura, aut temporibus, *l. arbor, 19. §. aquarum. com. mun. diuid.* ¶ Corporales tantem proculdubio in diuisionem veniunt, si commode diuidi possunt, *l. 1. §. l. ad officium, eod. vt patet, l. 4. §. 1. eod. si commune solum sit, l. communi diuidendo, 7. §. si duo, §. §. seg. eod. pignori res a duobus accepta, vsusfructus possessio, in quam plures missi sunt a prætoribus, d. l. communi diuidendo. §. inter prædones.* Exciuntur a diuisione hac vi possessa, vel præario, vel clam, vel a prædionibus capta, quæ in diuidua inter prædones, *l. in hoc iudicium, 13. commun. diuid.* Si quid exceptum nominatum in diuisione veniret, d. l. in hoc iudicium, §. si inter eod. si placuit in iubenda societate, ne res intra certum tempus diuideretur, d. l. in hoc iudicium, §. si conueniat, l. sed etsi hoc, §. fin. de conditio. & demon. l. si fratres, 53. idem respiciendo: pro soc. l. b. 17. P. tit. 2. l. 1. eod. Etenim certi temporis communionis pacta valent: at vt perpetuo communis res sit, non valent, *l. 4. §. finitum, com. diuid.*

17 ¶ Sed cum his rebus diuidendis veniunt præstationes, *l. 4. §. sicut autem, l. in hoc iudicium, 14. eod.* venit & in hoc iudicium, quod communi nomine actum est, vel agi debuit ab eo, qui scit se locum habere, reſarciturque; impendit, etiam si quis fecit partem suam alienauerit, *l. etsi non omnes, 8. §. venit, eod. tit. P. l. sed eo nomine, de noxa. act. P.* vt contra, venit in iudicium hoc, si rem communem quis deteriorem fecerit, veluti seruum vulnerando, vel animum eius corrumpendo, vel arboris succidendo, *l. communis seruum, 2. 4. com. diuid.* Per hoc iudicium etiam vnusquisque sociorum habet, quod ex re eius seruis communis acq̄uirit, *l. si conuenit, 23. eod. tit. P.* cogitque quis socium stare conuentioni, quæ de vsu rerum communi placita est, *l. 4. §. plane, eod.* Sed non veniunt impenſæ factæ, vel fructus percepti ante rerum communionem, *l. 1. §. socius, de vsu. lib. 2. 2. P. tit. 1.* Et si socius iudice condemnandus erit, quod pecuniam communem inuaserit, vel in suos vsus conuerterit omnimodo, etiam alia mora non interueniente præstabitur vltæ, *l. socium, 6. pro soc. non quasi vltæ, sed ratione eius quod interest, l. etsi non omnes, 8. commun. diuid. P. l. si quis, 29. §. si eod. l. arborum, fam. ercisc. P.* ¶ In ꝑ personis quæ hoc iudicium exercent, exigitur, vt communem rem habeant, sic vnus ex his alios imitos etiam ad diuisionem præuocare potest, *l. pen. com. diuid. P. l. heredes, §. quantum fam. ercisc. P.* Nec interest, an is, qui agit, possideat, an reus, an vterque; aut nemo illorum, *l. §. ideo eleganter, de condit. l. fin. in P. l. inter, de præd. & aliis reb. minor.* ¶ Non ꝑ potest tamen præuocare ad diuisionem socium minor, sed ipse præuocatus diuisionem subire cogitur, *l. 1. §. 2. de fund. dotal. in P. l. 2. C. eod. lib. 5. tit. 23.* Id ipsum & in marito in fundo dotali locum habet, & in ecclesia, vt non præuocant ad diuisionem, quia alienari ea bona non possunt, tamen præuocari possunt, *gl. in l. communi, 5. C. comm. diuid. l. inbemus, C. de sacros. ecclies.* Competit autem & aduersus socios, & aduersus eos quibus loci pars contigit per emtionem, vel alio modo, *l. 3. com. diuid. C. l. si quis putans, 6. hereditatio iure, l. 4. §. sicut, & litem quamuis, 10. commun. diuid. P.* ¶ Pendentia ꝑ hoc communi diuidendo iudicio, alienandi res communes

20 ¶ In locis interdita est potestas, d. l. 1. §. fin. C. eod. ¶ Modus ꝑ porro diuidendi, vt socii eundem in locum vocentur, *l. 1. §. fin. de quib. reb. ad eund. iud. ear. lib. 11. P. tit. 2.* iurent ab exordio liti de calumnia, *l. inter coheredes, 45. §. qui familia, fam. l. ercisc. P.* in vniversum postea res diuidendæ, centendæ & a librandæ sunt, non singularum rerum partes, *l. Menius, 53. §. si eo. l. 1. com. diuid. C.* atque iusto pretio, *l. item quamuis, 10. §. fin. com. diuid. P.* In prædis diuidendis quæ commode diuidi possunt, vt eodem sectione partium corporali, diuidendum regionibus, *l. 3. §. 4. eo. P.* in aliis vtendum licitatione, additione, alteri rem, & alteri pecuniam pro re ab eo

qui rem consequitur addicendo, §. eadem interuenient, de offi. iud. l. arbor, 19. §. index, commun. diuid. d. l. 3. §. 1. eod. tit. In summa iudicium in prædis diuidendis, quod omnibus vtilissimum est, vel quod in aluerint litigatores, ex se qui conuenit, *l. iudicem, 21. com. diuid. P.* Potest arbitri vnifundum, alteri fundi vsu fructum ad iudicare, *l. si quis, 6. §. offic. eod. tit. l. §. puto, §. Iulianus, fam. l. ercisc. P.* Plura & de modo diuidendi vide in tractatione sequenti familie erciscundæ, & quando sorte aut alio modo cuique pars detur. ¶ Ceterum ꝑ in hac diuisione curat arbitri vel iudex, vt qui partes capiunt, caueant de euictione, ceteris vicissim, *litem quamuis, 10. §. fina. com. diuid. in P.* si enim res vni euicta sit, ceteri tenentur ei pro parte, *l. si fratres, 7. com. vtriusque iudic. lib. 3. C. tit. 38.* ¶ Nam ꝑ diuisio vicius emtionis obtinet, *l. 1. C. eod. & proinde euictio locum in ea, sicut in emtione, tot. tit. de euict. in P. & C. habet.* ¶ Actio ꝑ hæc communi diuidendo duplex, directæ & vtilis, *l. 1. comm. diuid. P.* directæ datur ex verbis legis, quando, nunc cum agitur tantum, est res communis, d. l. 1. eod. vtile iudicium datur & pro re quæ fuit communis, etsi nunc non sit, *l. si quis putans, l. sed postquam, & l. in summa, eod.* Item iudicium directum datur pro rebus corporalibus tantum diuidendis, *l. 4. com. diuid. l. §. ibi glo. vtile & pro rebus incorporalibus, l. arbor, §. si eod.* Datur & directum, cum vere res est communis: at & vtile, quando aliquid quis pro communi putauerit, & in id impenderit, d. l. si quis putans, 6. Item datur vere domino directum: vtile & eis qui iustam causam possidendi & publiciana agere possunt, vel qui vetigales habent fundos, *l. 4. & l. commun. diuid. 7. §. qui in rem, eod.* Datur & vtile duobus, qui rem pignori acceperunt, *l. commun. §. si duo.*

De diuisione pro familia erciscundæ iudicium. Cap. 4.

Lib. 3. C. tit. 36. Libro. P. tit. 2.

- 1 De origine huius iudicii, & familie appellatione.
- 2 Alio familia erciscundæ mixta est, in rem & in personam.
- 3 In hac actione quis alter vel reus est coheredum. Familia erciscundæ actio non præscribitur longo tempore, &c. Eiusmodi erciscundæ actio repeti nequit, &c. Familia erciscundæ iudicio pendente, alienari res nequeunt, &c.
- 4 Considerandi in hoc iudicio res, persona, modus diuidendi, primumque res hereditas ipsa.
- 5 Quæ familia erciscundæ iudicio diuidi non debent, quia iniusta, &c.
- 6 Aliæ res considerandæ in hoc familia erciscundæ iudicio, quas conuenit implere facere, vel reputare.
- 7 Persona idoneæ huic actioni quæ.
- 8 Diuisionis modi vel lex consensu partium, vel defuncti, vel iudicis seu arbitri auctoritate, & quæ obseruanda in postremis duobus.
- 9 Diuisio a parentibus inter liberos facta, sequenda in diuisis, & in non diuisis post diuisionem quasiuis.
- 10 Iudicis partes in diuidenda hereditate, & nu. 12.
- 11 In licitatione rei indiuidua, & alius extraneus quam coheres admittitur.
- 12 Instrumenta communia in diuisione penes quem remanere debent.
- 13 Quando caueatur de euictione in diuisione per additionem.
- 14 De diuisione faciendâ per sortem.
- 15 Iudex partes facit in controuersia, nec permittit executionem, sed assignat.
- 16 De consuetudine quod maior seu præuocans ad diuisionem diuidat, & minor eligat.
- 17 Melior formula diuidendi ex arbitri, vel iudicis petitione.
- 18 Nostra de forma diuidendi & colligendi sententia.

EX lege 12. tab. proficitur actio ꝑ familie erciscundæ concessa coheredibus a communione discedere volentibus, ad distributionem rerum inter eos, *l. 1. fam. ercisc. lib. 10. P. tit. 2.* Phrasim autem loquendi hæc tota est antiquarum legum decemviralium, in quibus familia pro bonis defuncti ponitur: vt in illa, *agnatus proximus familiam habeto, l. pronuntiatio, 19. §. familia, de verbor. signif. l. p. in titulis, tit. 26. l. fin. C. de verbor. signif.* Et Cicero, *1. de Orato. qui quibus verbis erciscere oporteat nescit, erciscundæ familiae causam agere non potest.* ¶ Et ꝑ alibi, Cic. pro Cæcilio arbitrium vocat familie erciscundæ, id est, possessionis seu hereditatis diuidendæ. Istius actionis natura mixta est, tam in rem, quam in personam concessa coheredibus pro diuidenda hereditate, in §. quædam actiones, de actionib. Continet enim præstationes, quæ sunt personales, & res diu-

dendas, *Vlpian. in l. item Labeo. 23 § pen. fam. erisc. in P. Quomodo imodum communi diuidendo iudicium. l. 4. § sunt, comm. diu. P. bonafidei quoque, l. non est ambiguum. 9 fam. eriscun. C. § actionum, de actio. apud Iust. in quo uterque coheredum & actor & reus est, l. 2. in § familia eriscunda, l. inter coheredes 4 §. § qui familia. fam. eriscunda. l. iudicium, 10. fini. regund. lib. 10. l. 1. in §. l. 2. §. fin. com. diu. in P. Laetionis, 36 §. mixta, de actio. lib. 44. P. 11. 7.*

3 *Magis tamen est, ut ille videatur actor, qui prius in iudicium prouocauerit, Caius. in l. in tribus istis, 13. de iudi. lib. 5. P. 11. 1. sed cum ambo ad iudicium prouocant, forte res discernit. Iet, *Vlpian. in l. sed cum ambo, 14. eod. esse enim debet inter litigantes, qui onera petitoris sustineat, & qui commodo possessoris fungatur, *Vlpian. in l. inter litigantes, 62. eod. tit. de iud. P. Facultas experiendi hoc iudicio triginta annis durat. l. 3. in quib. caus. cess. long. tempo. prescri. l. b. 7. C. 111. 34. l. vni. §. ad hoc, vers. nemo itaque, de annal. excep. lib. 6. C. 111. 40. Tamen familiae eriscunda iudicio amplius quam semel agere non licet, nisi causa cognita, l. si filia nupta, 20 §. fin. fam. eriscun. Eoq; semel instituto & cepto, alienationes voluntariae rerum hereditariarum interdictae sunt, non quae vetustiore causam, & originem iuris habent necessariam, *Papin. in l. alienationes, 13. fam. eriscun. P. l. 2. C. de litig. l. diuis, l. item veniunt, §. petam, de pet. hered. P. sicuti & iucupio pendente iudicio perferat, tamen ex hereditate subdact, l. sed si iucupio, l. 1. 4. fam. erisc. l. si fundus, de fun. dor. l. 1. com. diu. P.****

4 *Co. si dicitur in hoc iudicio expedit res, personas, & negotium ipsum diuisionis, seu modum diuidendi: in ipsa re hereditas est. Per familiae eriscunda actionem, inquit *Vlpianus, in l. 2. fam. erisc. diuiditur hereditas, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex lege l. 2. tabul. siue ex alia lege deferatur, vel ex senatus consulto, vel ex constitutione. Et generaliter eorum diuisionem ad diuidi hereditas potest, quorum potest esse hereditas. Et de pluribus hereditatibus, quae inter eodem ex diuersis causis communes sunt, vnum familiae eriscunda iudicium sumi potest, *Vlpian. l. sed eius, 25. §. de pluribus, & sequen. eod. Et si ex alio institutus rogatus sit mihi partem aliquam restituere, vili iudicio inter nos agatur, l. si ex asse, 41. eodem.***

5 *Veniunt tamen in illud res, quae in hereditate defuncti competere sunt, ut res pignori datae defuncto, *Paul. l. si pignori, 30. eod. & reliquae, l. 4. eod. P. praeter nomina, d. l. 4. §. l. 2. §. fin. §. l. 3. eod. quae ipso iure diuisa sunt, l. ea qua, C. eod. Praeter libros etiam improbatam lectonis, magice forte, vel similitiam rerum, praeterque mala medicamenta, quae iudex diuidere non debet, sed corrumpere, *l. cetera, 4. §. 1. et si quid ex peculatu quaesitum, vel vi, vel latrocinio, d. l. 4. §. 2. quia haec ut turpia lucra, ab hereditibus extorquenda sunt, l. si quis cum fratre, 4. §. l. cum fratre, 12. §. l. si quis patri, 26. ad l. Cornel. de fals. lib. 48. P. 11. 10. l. in heredem, de calum. in P. l. quod autem, quod met. caus. cum sim. Veniant quoque columbae & apes hereditariae, quia in patrimonio computantur, *l. Pomponius, 8. §. idem Pomponius. fam. erisc. quodque commune cum alio defunctus habuit, l. Moenius, 53. eod. tit. P. & quod superuenit hereditati litem pendente, l. §. post lucem, 21. cum suis §. eod. tit. Omnia in summa quae patrimonio hereditatis sunt, ut partus, veteralia, iucupationes, & id genus alia, *l. veniunt, 9. cum 2. seq. eod. praecipua quoque & praeterea testatore hac iudicio a ceteris coheredibus percipit, & praecipua habet coheres, l. 4. §. l. si a legatum, 43. fam. erisc. l. si qua, 7. C. eo. Venit & quod defunctus heredi debuit, l. si filia, 20. §. 1. §. l. fundus, 11. eod. in P. expensae quoque nomine studiorum, siue reputatione in filium factae, l. que pater filio, 54. eod. item aliae doctes & donationes, de quibus in l. fin. commun. vtrius iudic. C. Si coheres vnus vendidit partem suam alicuius rei hereditariae communis, illa res non venit in diuisionem, *l. ex hereditate, 55. nec etiam liberti diuiduntur, l. quadam, 42. §. fin. eod. Nec religio loca, ut sepulchrum, quod singulis hereditibus in solidum competit, l. fundus, m. b. 31. §. fin. eod. quia ius monumenti eos sequitur, l. his consequenter, 18. §. sed & cum, eodem. Ea quoque in nominibus sunt, non recipiunt diuisionem, cum ipso iure in portiones hereditarias lege l. 2. tabul. diuisa sunt, l. ea qua, 6. fam. eriscun. l. heredes, 26. §. similes, eod. in P. Item quae pro emtore, vel pro donato heres possidet, in hoc iudicio non veniunt, *l. heredes, 26. §. quod pro emtore, eod.*******

6 *Consideranda tamen res, quas facere, vel implere, vel reputare sibi coheres cogitur ab alio personali actione, ut omnia commoda & incommoda communicentur, & diuidantur. Vt si quis ex coheredibus aliquid ex hereditate perceperit, stipulatusve est, non*

ad eius solius lacrum pertineat, *Caius in l. item ex diuerso, 19. fam. mil. eriscun. l. si in re commun. in fine, de noxal. actio. vel si quid supplauit, vel corruerit, §. si familia eriscunda, de effec. sud. lib. 4. Inst. 11. 17. 13. C. fam. erisc. si tenuitutes praedii hereditarias debitas passus est non utendo amitti, l. heredes eius, 26. §. item cu' pae, eod. P. si quid dolo malo in hereditate, seruifve eius fecerit, l. §. puto, 16. §. sed & si, eo. tit. Verum damnum ab herede commissum, simplicem attributionem accipit, *l. damno commissio, 17. eod. P. fructibus tamen & vtilis a tempore morae computandis, ut in bonafidei actionibus sit, l. his consequenter, 18. eod. Sed & deduci & reputari quum est quae insumta sunt a morte testatoris ab vno vel pluribus ex coheredibus in res hereditarias, non quae ex voluntate, *l. ex duobus, 27. de neg. gest. l. his consequenter, 18. §. sumum, 3. l. heredes, 26. §. si vnus, & l. inter coheredes, 45. §. fin. l. ex parte, 40. fam. erisc. P. l. filia eius, 18. §. fin. C. eod. tit. vel viuo testatore, seu eo de cuius hereditate agitur, expensa pro eo, eiusque negotiis sunt, quae alia actione repetuntur, *l. certum est, 13. §. fin. C. eod. l. si filia, 20. §. si filiusfamil. l. heredis, 26. §. si filius eod. P. Conferri etiam in diuisione a filiis facienda hereditatis communis paterna pecunia profecticia, d. l. certum, in princ. castrensis, vel quasi, l. si filiusfamil. 4. C. eod. l. ea demum, l. filia licet, C. de collat. nec aduentitia, hodie minime, l. fina. C. de collat. In tamen personis exigimus, ut sint coheredes: id est si quis possidet, agentem familiae eriscunda neget sibi coheredem esse, recte excipit, si in ea re, quo de agitur praedictum hereditati non sit, *l. 1. fam. erisc. P. Si plures coheredes sint, vnus ex his reclamantibus etiam ceteris arbitrum familiae eriscunda petere potest & ad iudicem prouocare praesentibus ceteris, *Vlpian. in l. arbitrium, 44. eod. Verum, si quis putans aliquem sibi esse coheredem cum non esset, iudicio familiae eriscunda expertus sit, non ideo videtur eum fati esse heredem, nisi vltique ad sententiam perseverauerit, & adiudicationibus acquiescerit, *Paul. in l. cum putarem, 137. §. Scavo. in l. qui familia, l. 38. eod. Quam obrem haec actio non nascitur, nisi post aditam hereditatem, *l. qui erat, 50. §. fin. eod. quo tempore incipit quis esse coheres, & res habere, l. cum heredes, de acquir. poss. Ioan. Fab. in §. quodam, de actio. Quod tamen ad modum diuidendi pertinet. Diuisio familiae sit, vel ex consensu coheredum, & tunc quod inter illos placuit seruandum, si non intercedat aratis auxilium, *l. fin. fam. erisc. P. l. si maior, 4. commun. diuid. C. si ea traditione vel stipulatione sequente firmerit, l. diuisionis placitum, 46. de pact. lib. 1. P. 11. 14. l. si inter vos, l. 8. commun. vtrius iudic. lib. 3. C. 111. 38. aut auctoritate testatoris, vel mortui patris, aut iudicis, seu arbitri: in quibus postremis obseruatio modo & formula diuidendi: prima, si inter plures familiae eriscunda iudicio agatur, & inter eodem communi diuidendo, aut finium regnorum, eundem iudicem esse accipiendam. Praeterea quo facilius coite coheredes vel loci possint in eundem locum, omnium praesentiam fieri debere, *l. in quibus caus. ad eum iud. eat. lib. 11. P. 11. 2.**********

7 *Deinceps tamen considerandum est, an diuisio facta fuerit a patre defuncto bonorum inter liberos: nam cum facultas illa patri data sit, siue cum scriptura, siue sine ea, l. si filia, 20. §. si pater, 20. l. si pater, 34. fam. eriscun. eam in dextera sequi debet, *l. quoties, 10. §. l. filii patris, 16. si conuentione, 21. inter omnes, l. 26. parentibus, C. de inoffic. testam. lib. 3. C. 111. 28. siue ex testamento, siue ab intestato succedatur, dummodo tamen extranea persona in hac diuisione non miscatur rata debet esse huiusmodi voluntas extranei parte pro nulla habita, d. l. inter omnes, & l. hac consulsissima, 21. §. ex imperfecto, C. de testam. lib. 6. tit. 23. siquidem subscripserint filii diuisionem viuente patre, vel ipse pater, §. §. quod saepe, de trien. & semi. in authent. collat. 3. consit. 5. authent. si modo, C. fam. eriscun. vide aut. hoc inter liberos, C. de testam. Quod si omnia parentes non diuiderint, vel post omnium diuisionem alia superuenient eis bona, quae pater inter filios non diuisit post datas actiones vice diuisionis ad singulos pro hereditaria portione pertinent, *l. que pater inter, 33. fam. erisc. P. Sic non pro virili vel qualiter diuisio fiet reliquorum, sed secundum proportionem diuisionis paterna, & secundum portiones hereditarias. Nec fides habetur scripturae parentis dicentis se omnia diuisisse, si contrarium appareat, *l. scriptura, 10. com. vtrius iudic.****

8 *Quod tamen si nulla diuisio paterna sit, iudex vel arbitri datus in primis considerabit in diuisione facienda quotas institutionis, num omnes aequae instituti, an ex diuersis portionibus: quia secundu eas fieri debet, si pater de hered. inst. lib. 2. inst. tit. 14. l. quoties, 9. §. heredes, eo. lib. 28. P. 11. 5. de hinc ad res se conuertet hereditatis, & ad ea quae imputata deducendaue sunt: & tunc subducit*



illis quæ in iudicium non veniunt, & postea imputatis quæ imputari debent, ex mutuis inter coheredes factis petitionibus personalibus, ad res diuidendas & compensationes, l. *Mannus*, 53, §. *arbitr. fam. erciscun.* animum intendit: in quibus ponderatur an res indiuiduæ per se sint, anve incommode diuidi possint, an diuiduæ. Et ita de omnibus rebus ante iudicium sibi fidem facere iubebit, iuxta l. 2. *quand. & quib. quart. pars debea.* lib. 10. C. *tot. tit. ad exhiben. l. cum & si. de publica.* In indiuiduis, si iura sunt, vt feruitutes prædiales, illæ prædialia sequuntur, si tẽpore diuidi & mensura vltus possit, fiet, l. *arbor*, 19. §. *index, com. d. u. in P.* si minus, vel consentire debent in adiudicatione faciendâ vni, vel perpetuo inter illos erunt iura indiuidua, vt iurisdictione, ius patronatus, homagia, & similia, l. *Cornelia, de iure patro. P. l. plane, fam. ercisc.* Ioan. Faber in §. *quadam, num. 7. de actio.* led vt vtrius vnus, debent conuenire inter se: vel si corpus indiuiduum sit, adiudicabit ei eum iudex, penes quem licitatio remanserit, d. l. *arbor*, §. *index, commun. diuis. P. l. & l. ad officium, 3. C. eod.* Si alteri pretium, vel alteri res dabitur, vel si rursum aliam rem alteri in solidam det indiuidue, vtetur compensatione.

¶ In ÷ licitatione tamen faciendâ, & tertius alius quam focus potest interuenire, ex causâ tamen non semper, vt l. *ad officium, com. diuis.* & ibi Bald. videlicet, si consors & focus velit offerre iustum pretium, Bald. in d. l. *ad officium, inf. in §. quadam, num. 60. de actio.*

¶ Singulas ÷ res iure communi singulis heredibus adiudicabit iudex, & in his quæ commode diuidi non possunt, vniuersam rem vni, vel duobus adiudicare potest, eum eoque ceteris in certa pecunia condemnare, §. *quadam actio, de actio. apud Iust. §. si familia, de offi. iud. litem Labeo*, 23. §. 1. & *seq. fam. l. ercisc. P.* Vnus fructus ex certo tempore & ad certum tempus, & alternis annis adiudicari, & diuidi a iudice potest, l. *& puto*, 16. in *prin. & §. usufructus, eod. P.* In creditis seu nominibus alia alis integra & singulis adiudicabit, ad faciliorem diuisionem, quia alioquin solutio & exactio partium, non minima incommoda habet, Caius, in l. 3. *famil. ercisc.* Prædialia ampla pro regionibus diuidenda, vel singulari singulis assignanda, l. 1. & l. *ad officium, commun. diuis.* non tamen debent diuidi instrumenta a fundis, vel familia a seipis, l. *de instrumentis, 5. comm. vtrius iudic. C.* Nec minutatim, sed per partes, & vt dicunt, *engros*, hereditas diuidenda, glo. in l. 2. in *verbo participibus, quan. & quib. quart. pars debea.* lib. 10. C. *Boer. q. 46. num. 1. Facit l. 2. ad leg. Falc.* ¶ Instrumenta ÷ pro rerum communia penes antiquiorem remanebunt, l. *in de fid. instrum.* si sint ex æqualib. portionibus heredes, vel apud eum qui maioris partis est, testamentum remanebit, vel deponetur in ædem sacram, l. 4. §. *si fami. erciscun.* vel de his aditus iudex æstimabit, l. *possessio, 11. commun. vtrius iudic. C.* In summa, in familiæ erciscundæ iudicio nihil debet iudex indiuiduum relinquere, l. *heredes eius*, 26. §. *pen. fam. ercisc.* cum totam causam debeat definire arbiter, l. *dicere, de arbit. in P.* In hoc tandem iudicio condemnationes & absoluciones in omnium persona qui egerunt faciendæ sunt: aliter sententia pro parte non potest valere, si vnus omitatur, Paul. in l. *in hoc iudicio*, 28. *fam. ercisc.* Quod si omnes quidem agentes contineantur sententia, verum quædam inueniantur relicta diuidenda, cum non possit repeti arbitrium familiæ erciscundæ, nisi causa cognita, communi diuidendo de his agi potest, Caius, l. *item ex diuerso*, 20. §. *in fam. erciscun. P. Jul. Paul. lib. 1. recep. sent. tit. 18. Ioannis Fabri in §. quadam, de actio. num. 12.* tamen sententia videtur potior, quæ vult agendum potius familiæ erciscundæ iudicio. Quia postquam licet causa cognita actionem illam repetere, error omisi iustam causam dare poterit, l. *tres fratres, de pact. in P. l. cum putarem fam. erciscun. P.* Videbiturque hæc actio quædam executio prioris iudicii potius, quam nouum iudicium, vt in petitione hereditatis dicitur, l. *quo tempore, de petition. heredit. P. l. quæ situm, de pecul. P.*

¶ Curare ÷ quoque debet iudex, vt de euictione caueatur per eos, quibus adiudicat, nempe ab aliis, l. *heredes*, 26. §. *pen. fam. erciscun. P.* si eius auctoritate fiat diuisio, non autem si sequatur diuisionem paternam: nam pro rebus diuisis a patre non est locus euictioni erga alios fratres, l. *cum pater, §. euictis, de legat. 2. glo. in l. qua pater*, 33. in *verbo, in vnum, fami. ercisc. glo. fin. in l. si cogit actionem, in verbo, voluntatem, C. eod. tit.* Seruatur idipsum in diuisione extraiudiciali, quod in iudiciali, vt euictio locum habeat: nisi cautum contrarium inter diuidentes, vel nisi ficerent res alienas esse, qui eas acceperint, l. *si fratres*, 7. *commun. vtriusq. iud.*

¶ Alius ÷ modus diuidendi communis iudicialis, & euictionis

quæ fieri potest ex consensu partium, vt si res commode diuidi nequit, forti committatur, omnibus potissimum eandem petentibus, vt eius sit, quem fors prætulerit, l. *fin. C. commun. de legat.* ¶ Alioquin ÷ iure ciuili videtur receptum esse, iudicem facere & 16 distinguere partes, & singulis adiudicare debere, iuxta l. *ad officium, com. diuis. C. §. preterea, de offi. iudic. l. in hoc iudicio, fami. erciscund.* nec posse libertatem vel onus diuidendi vel eligendi concedere contententibus.

¶ Ceterum ÷ qui de moribus seu consuetudinibus pertractant, dicunt, Ioan. Fab. ita vidisse obseruari ait, in §. *quadam, de actio. num. 9.* prouocantem ad diuisionem, diuidere debere, & prouocatum eligere: & si fiat plures prouocati, minorem eligere debere, tanquam inferioris iudicii: quod firmatur iure pontificio, c. 1. *de parroch.* Arcadius in hospitii diuisi electione inter dominum & hospitem, statuit vt alter ex his quilibet quive maluerit, diuisionem arbitraria æquitate faciat, & alter eligendi habeat optionem, l. 2. *de metatis, lib. 12. C. tit. 4. 1.*

¶ Sed ÷ iuris ciuili melior videtur prouisio, Iason in §. *qua* 18 *dam, num. 58. de actio. & ibi Ioan. Fab.* vt arbitrio & maturitati iudicis seu arbitri fiant portiones, quia multi, tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata, vniuersumque rei sibi particulam vindicando, adeo totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque iura præcipitent. Quæ ratione Theodosius l. 2. *quan. & quib. quart. pars debeat, lib. 10. C. tit. 34.* Augustus, cum quarta pars hereditatis præstanda esset, statuit, vt heres in partes quatuor hereditatem diuidi procuraret, vt rebus totis in sortium casum reductis electio ex sortis felicitate contingat. ¶ Mihi ÷ certe ex superioribus mixta 19 sententia magis placet, vt inter coheredes vel fratres maior vel senior, vel qui conscientia & cognitione rerum præualeat, diuisionem faciat, & breuia, seu volumina scripta tot, quot partes: dehinc ea communicet coheredibus, vel locis, & si illa inscripta non placeant, emendentur, & ab omnibus subscribantur, & si pertinet, qui diuisit, ad iudicem eatur, vel per arbitrum communibus sumptibus reficiatur. Postmodum autem pro electione fortibus diuisionem illam committi placet, subscriptis ab omnibus contententibus diuisum voluminibus, quæ rotula vocant, hæc conditione, vt æquali superficie & leuitate proiecta volumina & confusa quilibet suam partem ducat quam volumen sublatum continebit. Et ita minorem ex fratribus & coheredibus incipere sortitam electionem non erit a ratione alienum: sicuti Abraham diuisionem obtulit Lotho iuniori, Loth autem elegit ex locis oblati quem inhabitare vellet, *Genes. cap. 13.* Guido Papæus, *quest. 289.* probat, suadetque tenendam modam, quod antiquo fiatrum diuisionem faciat, & iunior eligat per sortem in c. *de parroch.* vbi idipsum sequitur Hostiensis, & Ioannes Andreas, & Baldus, in l. *in quoque, de hered. insti.* Sed hic modus ex mea sententia, ni fallor, meretur temperamentum, vt obuiam eatur malitias hominum, d. l. *in fundo, de rei vend. P.* verum tamen liberam cuiquam relinquo sententiam, Hoc iudicium familiæ erciscundæ directum & vile est.

De finium regundorum iudicio. Cap. 5.

Lib. 10. P. tit. 1. C. lib. 3. tit. 39.

- 1 Finium regundorum iudicium pro rusticis, non pro urbanis præditi inueniuntur.
- 2 Finium regundorum actio in personam.
- 3 Res consideranda in hoc iudicio quæ, & C. Confinia quæ dicantur.
- 4 Confinium prædiorum intermedium spatium ex lege Solonæ quantum.
- 5 Quæ veniant pro seruitute in hanc actionem.
- 6 Qui agant finium regundorum.
- 7 Hæc actio finium regundorum durat tantum 30. annis.
- 8 Pro modo agrorum arbiter datur & mensor.
- 9 Allenuentis ius non habet locum in agris limitatis assignatis limitibus.
- 10 Modi cognoscendi vel dirimendi fines, C. E. num. 12.
- 11 Veue figure, ou monstree quid.
- 13 Incidit in hoc finium regundorum iudicium questio criminalis, & quomodo. Et quid si mensor falsum modum dixerit, num. 14.
- 14 Interdum ex crimine de termino moto, ad hoc finium regundorum peruenitur iudicium.
- 15 Leges de non excedendis vel non versus andis finibus quædam.

